ſich mit dem Nahmen einer Schwärmerey oder Geiſttreiberey muß belegen laſſen. p. 34. Malimus ſpeciatim expreſſum fuiſſe a quibus & quomodo hoc factum fuerit, ne Lectores ſimpliciores in dubio manerent. Quomodo per commendationem *Scriptorum Arnoldianorum* homines revera abducti, ipſi Inſpirati non diffitentur p. 45.

V. *Excuſatio ac defenſio hominum* in doctrina deviorum, eorumque, qui de coena, baptiſmo, totaque religione Chriſtiana ſcabioſe & blaſpheme loquuntur; Non capimus qua fronte de TENNHARDO ejusque ſcriptis ita ſcribatur: Man ſiehet wohl daß ſich bey dem Mann ein gar einfältiges und aufrichtiges Hertz befinde/ auch daß er an ſeiner Seelen viele Gnaden-Würckungen des H. Geiſtes empfangen und erfahren habe. Und dieſes iſt ihm billich wohl zu gönnen/ und an ſich ſelbſt an ihm zu lieben/ keinesweges aber zu verunglimpfen und an ſich mit üblen Nahmen zu belegen. Auch hat er wohl ohne Zweifel mit edirung ſeiner Schrifften eine gute *Intention* gehabt. Er iſt voller guter Einfälle/ gute Gedancken und bilde bey ſich ſelbſt. Er iſt im Umgang eines ſtillen und ſanfften Weſens. Nöthiger Unterricht p. 324. Si ea quae in ejus ſcriptis reperiuntur, fructus ſunt Spiritus S. vel peſſimus blaſphemus illis fructibus impletus eſt, dummodo ſimul pietatem verbis nonnullis urgeat. Alia hic tranſimus ſilentio, ut coetera quoque obſervemus.

POSITIO IV.

Arrogantiam non minorem ſapiunt, quando oeconomiam praeſentem acerbis ſatis convitiis criminantur.

Ἔκθεσ.

§. I. Fanaticorum proprium dudum fuit, *detrahere de miniſterio* verbi & omnibus quae ad cultum DEI pertinent. Ita quoque Inſpirati ſtatuunt in quaeſtione, 1) daß die gantze

Prie-